A. Z.

SALOMON A KAISERSTEIN

COSMOPOLITA

DE

MONARCHIA JESUELITICA,

Ultimo ævo reservata,

AD

Politicos Aulicosque

Orbis Terrarum.

LONDINI, Mense Octobri,

Anno Christi, M.DC.LXXXII.

1. *Europæ Aſiæque Teſtimonium, humanum, divinum, mediatum, immediatum, volentibus nolentibuſque atteſtantibus, ab Anno* 1664, *uſque ad* 1682, *publice datum, in Teſtimoniis publicis humanis, divinis de Kuhlmanno publice legendum.*

Alter Scaligerûm, Taubmannus, Grotius, Opitz,
Barthius, Iſcanus, Gryphius, Muretus, Eraſmus!
Henoch, Joſephus, Davides, Joſua, Moſes,
Elias, Daniel, Salomon, Eliſa, Johannes!
Cyrus, Alexander, Conſtantin, Karl, Fridericus!
Ulfgerus, Juvenis, Frigeratus, Artiſta, Sophata!
O Pater, hæc tua ſunt! Hæc ad Te cuncta reflecto!

Summa Summarum:

2. Creator deliciatus eſt cum Creaturâ ſuâ: ab ipſo hæc Victoria, Sapientia, Gloria, ego autem ſum Servulus ipſius, Pulvis, Cinis, Peccator, nihil. Relinquo hæc omnia, tanquam luſum Jehovæ in hoc Mundi Theatro & Veſtes Scenicas, ad futura pertinentes, depono, inter Spectatores ſine Invidiâ Perſecutioneque expectans Spectator. Benedictus ſit Dominus Deus Iſrael, qui facit Mirabilia ſolus! Et benedictum Nomen Gloriæ ejus in Æternum! repleaturque Majeſtate Gloriæ ejus tota Terra.

Non fui Academicus aut Latinus, ſed Refrigerator. Non ſum Propheta aut Apoſtolus, ſed Refrigerator. Non ero Rex aut Cæſar, ſed Refrigerator.

BL

1. *A Deo Triuno, Conditore Principatuum, Exaltatore Depositoreque Monarcharum, ejusque Jesu Christo, cui omnis Potestas Cæli Terræque Jesuelica data, Prudentiam veram Gubernatricem exopto cordibitus, ut Monarchiæ Jesueliticæ Politici Aulisique statis, existetis.*

2. AUscultate auribus apertis, O Politici Aulicique præsentis Temporis, Mille artificiosi Rationis Status Magistri, Regum Principumque Reges Principesque anonymi, auscultate. Insinuaturus sum Vobis primus Monarchiam Jesueliticam, decreto fatali ultimo ævo reservatam, Refrigeratoriam, Judicio Statistico Rem insolentissimam, Imperiis formidabilem, Monarcharum quatuor Danieliticarum Classim, Jure Divino Humanoque, Belli Pacisque absolutissimam unam unicamque Monarchiam. Veritas, Inimica Aularum extrema, supra verba Aulicis odiosissima, injunxit calamo meo hoc munus, hunc Solæcismum Solæcismorum Politicum, Infantilique meo animo persuasit hoc eo facilius, quo majorem armatam Cælo Terraque Classem Cælestem, contra Hostes suos emissam hactenus, titubante Orbe cæco, mihi ostentavit. *Caius Julius*, ex Utero Matris violenter excisus Cæsar, Imperium *Cæsareum* ex Utero Naturæ violenter ex-

cidit ipſo violenter iterùm è vitâ exciſo, ejuſq; Succeſſor aſſumpto á *Cæſare* nomini jure cognomen *Auguſtum* adjunxit, ad augurium certiſſimum, quod ferreus hic Cæſareatus indies violenti exciſione in Succeſſoribus Cæſaribuſque futurus eſſet auguſtior. Quis eſt inter Politicos Aulicoſque hujus arcani Cæſarei Auguſteique non expers? Quantum diſtendit ſe Cæſareatus veſter, ſub Solis, Lunæ Stellarumque nomine ſecretiſſimâ Signaturâ indicatus? Quale Signum, quæſo, ſpes tam anceps de Monarchiâ quintâ, per ſeculum inter hos vel iſtos Reges calens? Cur nomen Cæſaris per tantam annorum ſeriem manſit immutabile inter tot ſuperbiſſimos Tyrannos? inter tot Imperii diviſi immutatique Tranſlationes? Quam ob rem eſt adhuc tam glorioſum nomen Cæſaris, Auguſti, ac Auguſtæi ſeculi? Majora arcana ſub his arcanis interrogationibus comprehenduntur, quam ab omni vulgari Politico apprehendentur. Poſt Romanos Jeſuelitæ adveniunt, poſt Cæſares Kuhlmanni: & impoſſibile eſt hæc verba capere ſine prudentiæ incarnatæ lumine, quo ipſe Orbis terrarum nunc eſt refrigerandus. Cavete igitur vobis ab arrogantiâ ludibriosâ aulicâ lubricâque veſtrâ Prudentiâ, quæ vos, non me, proſtituet: ponderate econtra argumentorum gravitatem, lance Naturæ, Scripturæ, Conſcientiæ, ut temporis veſtri ingenium geniumque cum emolumento addiſcatis. Omne iſtud, quod Mundum appellamus, in Elementorum quaternario conſiſtit, cujus quinta eſſentia Elementum verum, Unum Unicũ conſtituit, omni pretioſitate humanâ pretioſius. Orbis noſter imperans quatuor Monarchiarum

Elementa

menta exhibet, Elementis Macrocosmi æqualia, cujus quintum Elementum est Monarchia Jesueli-
11. tica. Quatuor sunt Cardines mundi, quatuor venti, qui in utero suo portant occultissimum istum Ventum Spiritumque Jehovæ, Macrocosmi Microcosmique verum, unum, unicum Refrigerium.
12. Quatuor sunt Cardines Orbis imperantis, quatuor sunt Venti Monarchiarum, apud Prophetam Danielem in mari Imperiorum flantes, quorum procellosissimæ tempestates, combinationes, vicissitudines termino temporeque constituto apportant auram istam lenem, præsentiæ Jehovæ vivificatam, Imperii Jesuelici per lapsum deperditi restitutum Imperium, Cælorum Terrarumque ap-
13. propinquans tandem Refrigerium. Quatuor Elementa quatuorque Venti perpetuâ contrarietate hostilitateque progenerarunt circulationem generationemque suam, inque ipsis nihil constantius inconstantiâ, immutabilius mutabilitate, immor-
14. talius mortalitate apparuit. Quatuor Monarchiæ, sub quatuor Bestiis â Spiritu Jehovæ depictæ, millena ludibrii humani Exempla exhibuerunt, Orbemque suum ex alterius ruinâ orbiculari invene-
15. runt, promoverunt, absolverunt. Quatuor Elementa quatuorque Venti in quinto suo Elemento Ventoque ad concordantiam rediguntur ineffabilem, amabilem, æternam, ejusque præludia fuêre ista experimenta, sub Tincturæ Physicæ titulo famosissima, Monarchis Principibusque multis olim hodieque invincibiliter exhibita & indies
16. excellentiori modo exhibenda. Quatuor Monarchiæ bestialem suam formam, venationem, conculcationem

creationē in quintâ Monarchiâ totaliter deponunt
a dimaginem Jesuelicæ Monarchiæ cœlestis reductâ,
quam sub Hominis formâ visam, æternantibus Pri-
17. vilegiis Majestaticam, ipse Daniel obstupuit. Quan-
tum igitur discrimen inter Bestias & Hominem;
tantum inter quatuor Imperia & Monarchiam Je-
suelicam, quam majoribus verbis exaltare ne-
18. quit humana Eloquentia. Primaria quædem Ani-
malia jure Naturæ rationalia dicenda sunt juxta
hominem creata, teste Naturâ Scripturâque, non
obstantibus Animalibus nostris Scholasticis ratio-
nalibus: Homo autem est non pars ulla Macrocos-
mi, sed ipsius Dominus, ipsum Totum, Centrum,
Omne, rationis triunius adhuc in lapsu suo com-
19. pos. Colligè seligeque omnia magnifica, justa,
consummata omnium Monarchiarum, & tunc vi-
disti cinerem suum essentiæ quintæ nostræque
Monarchiæ, per tot Circulationes, tot annorum
digestiones præparatum, cum centenario nume-
ro Davidis Salomonisque ad millenarium exaltan-
dum, in Constantino pueraſcentem, sub Justinia-
no mille ducentorum sexaginta annorum deserto
20. divinitus custoditum. Japheti Sapientia-pruden-
tia-scientia septem artium cum Semiticâ Sapien-
tia-prudentia-scientiâ septem artium habitabit uni-
ta, & Hami Monarchica Sapientia-prudentia-scien-
tia septem artium servili observantiâ millenarium
21. Jesuelicum illustrabit. Hic est beatus triunus De-
narius, a lapso Orbe deperditus, ab omnibus quæ-
situs, a sanctissimis Revelationibus indicatus, in
22. vespertino refrigerio inventus. Intelligitis-ne
hæc, Vos politici? Aut attingitis-ne hoc Mundi
Centrum

Centrum, O Vos Aulici? Ubi est Joſephus vel Daniel inter vos, qui à Deo inſtructus immediato inſtinctu Regi ſuo tanti momenti Politica indicaret? Vos ipſi nihil poteſtis, nec tamen aliis ſcientibus permittitis, ut Regibus veſtris hæc indicarentur, ad ipſorum commodum veſtramque pro-
23. priam ſalutem. Certiſſimum eſſe ex Naturâ Monarchiarum quaternarium, ſuperioribus naturalibus demonſtrationibus declaratum eſt, nec minus certiſſimam Jeſuelicam Monarchiam fore omnia naturalia loquuntur. Quapropter accuſate intolerabilem veſtram ignorantiam, non excuſate, amplius, ac toties Elementa quatuor rubore vos confundent cibo veſtro aereo occultiſſimo, quoties in-
25. litum ex illis reſpiratis. Scripturæ Sanctæ Codex graphicè depingit quatuor Reges ſuperfecturos è terrâ; poſtq; iſtos Filium Hominis, *cui datus Dominatus Gloriaque ac Regnum, ut omnes Populi, Nationes ac Linguæ ei ſervirent*; cujus Regnum Monarchia perpetua ſub toto Cœlo, non ſuper Cœlorum Circulis, Angelicis Monarchiis Michaelis Uricliſque deſtinatis. Ipſe *Aleph* & *Thau*, *Alpha* & *Omega*,
26. *A* & *Z*, *Principium* & *Finis*, Victori Hæreditario jure promiſit omnia, confirmans expreſſiſſime Apocalypſeos divino Scriptori: *Ero ei Deus*, &
27. *ipſe erit mihi Filius*. Millies-millies-millena ingentia de tàm ingenti promiſſione in calamum influerent ex Æternitatis Æternitatum Abyſſo, ſtupenda, incredibilia, omnium mortales cogitationes conturbantia, niſi communi modernæ fragilitati conſulere Amor Crucifixus dictaret mihi con-
28. ſultiſſimum. Quartus Rex in tantâ Cæſarum ſucceſſione

ceſſione jamdudum venit; Monarchia ipſius Orientis Occidentiſque in decem Regna excreſcens longè apparuit; Cornu ultimum parvum, domus Auſtriaca, tria ex Regnis decem deprimens adverſus Excelſum verba loquitur, ac Sanctos Excelſorum deterit quotidiè; Judicium Antiqui dierum Jeroſolymes Spiritualis indies præparatur, ut Monarchiæ perpetuæ tempora determinata advola-
29. rint. Tempus Chaoticum Patriarcharum effluxit; Iſraelitæ Principatum Dei geſſerunt; Chriſtiani Unctionem iſtius Diviniorem accepèrunt; Jeſuelitæ reſtitutionem omnium deperditarum rerum acquirent, uſque Regnum iterum Patri, in quin-
30. to æternoque Seculo reſtituatur. Quid ergo vobiſcum futurum ſit, O Politici Aulicique omnium tribuum, Linguarum, Populorum, ex his facillimè conjecturabitis, nec Stratagemata veſtra fallaciſſima adjuvabunt vos in die Iræ, quam omnia Signa Cœleſtia, Terreſtria, Prodromi maximarum mutationum apud ipſum Machiavellum veſtrum
31. infallibiles, ubique inſuſurrant. Hæc pauca illuminabunt intellectum Politici Aulicique ad Jeſuelicum Imperium nati; occæcabunt adhuc caligantes oculos Cananitarum, ſuperiorum, mediorum, inferiorum. A Jehovâ enim Obfirmatio Cordis ipſorum propter ſtultiſſimam arrogantiam, ut pereant de Terrâ, ſeducti ad occurrendum
32. Spiritui Dei propriâ lapsàque ſuâ ratione. Proinde judicant, calumniantur, irrident, impediunt, produnt, blaſphemant, inſidiantur, qui volunt; Conſilium Creatoris manebit inviolabile,
33. perque hæc contraria implebitur. Beati Simpli-

ces

tes, rationis illuminatæ consortes, quia ipsis prudentia dabitur: Infelices prudentes, rationis lapsæ Magistri, quia Veritatem amittent, Simplicitati solùm concessam. *Amen.* Scripsi Genevæ in Itinere Jerusalemitano, die ipso Palmarum; (in quo ante Septennium apud Turcas Vox in Templo *Caminiekiano* hæc publica; satis est Ethnici, satis est; audita fuit, Jerusalemitanæ Voci Pentecostali *Migremus hinc*; valde æqualis) Anno realis Citationis, 1682.

---

33. *Ænigma Politico-Aulicum sub planissimis verbis infinitè absconditum, modernæ Rationi Status indissolubile, à Tempore evolvendum.*

34. ADhuc eram vehementer perplexus Salomoneo Colloquio, tot particularium perceptorum chiliadibus ferè obrutus, cum ecce in momento iterum Regem Salomonem coram me contuerer, in conversatione longè arctiori cum ipso involu-
35. tus. Ostendi tibi nuper, dicebat Salomon, præterita in Æternitatis speculo tanquam præsentia: nunc tibi ostendam futura eodem æternante mysterio, tanquam præterita, ad quorum structuram omnia curabis. Adesto ergo, & omnia accuratis-
36. simè observa, realiterque conserva. Aspice. Videbam subitaneum Terræmotum in certâ Regione extraordinario modo totum statum interver-

tentem,

ceſſione jamdudum venit; Monarchia ipſius Orientis Occidentiſque in decem Regna excreſcens longè apparuit; Cornu ultimum parvum, domus Auſtriaca, tria ex Regnis decem deprimens adverſus Excelſum verba loquitur, ac Sanctos Excelſorum deterit quotidiè; Judicium Antiqui dierum Jeroſolymes Spiritualis indies præparatur, ut Monarchiæ perpetuæ tempora determinata advola-
29. rint. Tempus Chaoticum Patriarcharum effluxit; Iſraelitæ Principatum Dei geſſerunt; Chriſtiani Unctionem iſtius Diviniorem accepèrunt; Jeſuelitæ reſtitutionem omnium deperditarum rerum acquirent, uſque Regnum iterum Patri, in quin-
30. to æternoque Seculo reſtituatur. Quid ergo vobiſcum futurum ſit, O Politici Aulicique omnium tribuum, Linguarum, Populorum, ex his facillimè conjecturabitis, nec Stratagemata veſtra fallaciſſima adjuvabunt vos in die Iræ, quam omnia Signa Cœleſtia, Terreſtria, Prodromi maximarum mutationum apud ipſum Machiavellum veſtrum
31. infallibiles, ubique inſuſurrant. Hæc pauca illuminabunt intellectum Politici Aulicique ad Jeſuelicum Imperium nati; occæcabunt adhuc caligantes oculos Cananitarum, ſuperiorum, mediorum, inferiorum. A Jehovâ enim Obfirmatio Cordis ipſorum propter ſtultiſſimam arrogantiam, ut pereant de Terrâ, ſeducti ad occurrendum
32. Spiritui Dei propriâ lapsàque ſuâ ratione. Proinde judicant, calumniantur, irrident, impediunt, produnt, blaſphemant, inſidiantur, qui volunt; Conſilium Creatoris manebit inviolabile,
33. perque hæc contraria implebitur. Beati Simplices

ces, rationis illuminatæ conſortes, quia ipſis prudentia dabitur: Infelices prudentes, rationis lapſæ Magiſtri, quia Veritatem amittent, Simplicitati ſolùm conceſſam. *Amen.* Scripſi Genevæ in Itinere Jeruſalemitano, die ipſo Palmarum; (in quo ante Septennium apud Turcas Vox in Templo *Caminiekiano* hæc publica; ſatis eſt Ethnici, ſatis eſt; audita fuit, Jeruſalemitanæ Voci Pentecoſtali *Migremus hinc*; valde æqualis) Anno realis Citationis, 1682.

---

33. *Ænigma Politico-Aulicum ſub planiſſimis verbis infinitè abſconditum, modernæ Rationi Status indiſſolubile, â Tempore evolvendum.*

34. ADhuc eram vehementer perplexus Salomoneo Colloquio, tot particularium perceptorum chiliadibus ferè obrutus, cum ecce in momento iterum Regem Salomonem coram me contuerer, in converſatione longè arctiori cum ipſo involu-
35. tus. Oſtendi tibi nuper, dicebat Salomon, præterita in Æternitatis ſpeculo tanquam præſentia: nunc tibi oſtendam futura eodem æternante myſterio, tanquam præteritâ, ad quorum ſtructuram
36. omnia curabis. Adeſto ergo, & omnia accuratiſſimè obſerva, realiterque conſerva. Aſpice. Videbam ſubitaneum Terræmotum in certâ Regione extraordinario modo totum ſtatum intervertentem,

tentem, inque isto adhuc plus extraordinarium
Opus Altissimi cum summâ alteratione Orbis :
37. mox agebantur per totam terram dies pœnitentiales, post Precatorii, tandem gratiasactorii. Consilium quoddam magnum erat selectum ex omnium ordinum, statuum, conditionumque hominibus, qui tanquam realia Capita suorum, experientiâ omnes excedebant, in omnia membra divinum nutum placitumque absque ullo labore de-
38. rivantes. Videbam restitutam Ecclesiam, æterni Evangelii rivis vivificatam, sub uno Jesuelitarum nomine Christianam, verbis operibusque potentissimam, omnium Mysteriorum à lapso Orbe de-
39. perditorum thesauro opulentissimam. Videbam Regimen Politicum, Legi trinni Naturæ, Scripturæ, Conscientiæ harmonicum, paternam curam Subditorum realiter proportionaliterque habentem, verâ Authoritate ac Majestate amabili ornatum. Videbam denique privatum Oeconomiæ
40. statum exactissime Politico Ecclesiasticoque respondentem, educationique liberorum tanquam
41. præcipuæ Basi intentum. Scriptura erat restituta in textu sine variis lectionibus, tertiâque parte novemuna, nullâ humanâ glossâ amplius maculata. Paraphrasis perpetua, Concordantia vera, Com-
42. mentatio singuli ævi Principiique. In suggestu generalis Doctrina practica Lapsûs Redemptionisque. Ordinarium Ministerium erat rite vocatum, & extraordinarium in extraordinariis post probationes justas permissum. Tale enim extraordinariorum examen instituebatur publicum precibus publicis in re publicâ, ut nulla fraus vel Satanæ,

43. tanæ vel Hominis esset timendâ. Scholæ omnium
artium, liberalium, illiberalium, erigebantur tan-
tâ sollicitudine, ut vera seminaria Veritatis Sapi-
entiæque fierent. Omnes libri omnium Populo-
44. rum, mirabili celeritate enucleabantur in Corpori-
bus Corporum, perque linguam universalem arti-
ficialem decurtabantur, ut sex millenariorum cog-
nitio lusus ingenuus Juventutis litteratæ salutare-
45. tur. Quæ hodiè difficillima habentur, erant facilli-
ma, & multi pueri propter tanta compendia lecti-
46. onis multi jugæ Senes hodiernos superabant. Om-
nia arcana Physica aliaque per ignem consistentia
Experimenta omnium Populorum, per methodum
Abecedarii naturalis practici Universalem erue-
bantur supra fidem velocissimè, ut sex millenario-
rum abdita Præludium Physicæ restitutæ constitu-
47. erent. Post Scientiam priorum restitutam ac emen-
datam in omni scibili omnium principiorum efful-
gebant incredibilia, novi seculi semina, ad qualita-
tem cælestem tendentia, ut Monarchia mihi Jesue-
litica jam appropinquaret denudata. O quantum
fulgur æternæ Sapientiæ-prudentiæ-scientiæ! In
quo totus immergebar, radii cœlestis recordans
48. Reale enim erat istud fulgur è cœlo in cor meum
illapsum jam olim, in quo cum numerorum millio-
nibus millenis ascendere reali cognitione guttul-
49. una est totius Oceani. O Infinita Dei-sapientia
Dei-prudentia, Dei-scientia, divinissimorum arca-
norum incffabilissima Abyssus, millies-millies-mille-
50. nis Solibus clarior! O innumerabilis Juris-sapien-
tia, Juris-prudentia, Juris-scientia; Justitiæ æterna
æternissima Matrix, Creatoris Justissimi adoran-
di

1. dissima Veritas! O Immensa Naturæ-sapientia,
Naturæ-prudentia, Naturæ-scientia, incompre-
hensibilis Potestatis splendidissima Demonstratrix,
æternantium Idearum minutissima scintillula!
2. Quanta maria effluebant ex triuno hoc canali in
hunc Orbem, ad refrigerationis ipsius benignissi-
3. mum Testimonium? Quales non erant tres hæ
Universitates ex duodecim Universitatibus his
veris triunis facultatibus dedicatæ? Aberant fastûs,
ridiculosi Doctoratûs, Licentiatûs, Magisteriatûs,
Baccalaureatûs, ejusque ludibriosi cæteri charac-
teres; aderant notitiæ veræ, æternâ doctrinâ ab
4. æterno Præceptore æternanter haustæ. Qualis non
Universitas Artis loquendi, omnibus linguis Scrip-
toriisque secretis destinata? Unica Typographia
inter tot primæ Artis Artes sufficiens fuit testis,
quæ alia fuit ad divina, alia ad humana, alia ad ar-
cana imprimenda, singulis singula Artifex nostra-
tibus ignarissima, summo ordine per totum Reg-
5. num ex hâc Universitate seminata. Qualis Uni-
versitas Artis eloquendi, omni narrationi veræ,
fictæ, solutæ, ligatæ suauissimisque hisce jucundi-
tatibus millecuplis dicata! Hìc vera Poesis flore-
bat eminentissimâ suâ dignitate, ad gloriam sui
Creatoris exaltata! Hic Soror ipsius Oratoria to-
nabat, fulgurabat artificiosissimisque verborum
rerumque structuris permulcebat omnium animos,
6. rectum finem Creatoris sui intendens! Memora-
bile de novellis notabam, quod istæ singulæ Civita-
ti certo die mensis essent publicandæ, ab Historico
sui loci publico religiosissimè perquisitæ, ad sua loca
saltìm pertinentes; quo facto omni die veræ no-
vellæ

vellæ publicabantur, Commentarios Hiſtoricos
57. nudos conjunctâ impreſſione annuâ facientes. Quid
de Univerſitatibus ceterarum Artium liberalium
illiberaliumque dicam, ad ſingulam claſſem ſepte-
narii ſui juxta Sapientiæ-prudentiæ-ſcientiæ claſ-
59. ſes diſtributis? Nullum Ingenium â ſuo naturali
ſtudio ampliùs avocabatur, ſed in inclinatione ſuâ
educabatur, quia naturæ ſuæ dono indulgere ſum-
59. ma Juſtitia jure videbatur. In unâ Univerſitatum
omnes decem artium conjunctim generaliterque
tractabantur, ne Univerſalibus ingeniis etiam lo-
60. cus eminentiæ ſuæ deeſſet. In duodecima Univer-
ſitatum omnia occulta myſteria, arcana, ſecreta
aperiebantur pauciſſimis ſelectiſſimis, ad ſpem
majorem natis, probatis, educatis, nullis alliis vel
conceſſâ vel nota, quàm ſolis admiſſis conjuratiſ-
que, ſub ſummis Conſilii ſecretioris Principibus
61. Sapientibuſq; Adeptis ac Magis approbatis. Quid
de millibus particularitatibus proferam? De mo-
62. netâ, veſtitu, linguâ, cibo, talibuſque? Qualia
non Pharmacopolia, medicamentis veris ſub ſumm-
mo ordine inſtructiſſima? Hæc erant deſtinata ad
ſimplicia, iſta ad mineralia, illa ad metallica: ſin-
gula ad ſingula, juxta Abecedarium naturale com-
63. municata. Nulla videbatur fraus in emptione ven-
ditioneque per cenſum publicum ſingulis æſtima-
64. tis pretiiſque ſuis appenſis. Nulla erat differen-
tia inter Nationem inquilinam vel peregrinam,
ſed omnes ſub uno Jeſuelitarum nomine ad unam
65. linguam publicam aſſueti, ceteris vernaculis acci-
dentalibus. Libertas Conſcientiæ juſta ad Pacis
Bellique Artes uſque ad terminum deſtinatum Pa-

cis

cis Universalis, totiès divinitus deprædicatæ.
66. Veniebam tandem ad publica Majestatica, super
omnia verba ad veram Majestatem Majestatica.
67. O quantus Thronus, ex septuaginta Populorum
Centro ædificatus! O quales Globi Combinatorii
in singulis solii gradibus decem! Qualis Aula!
Qualis Domus! Qualis Regia! Omnia hæc facta
sunt ad superioris fabricæ Imaginem decemunam.
68. Quot Divitiæ! Quot Ministri! Quot Adepti
Magique Principes! Quot Classes marinæ! Quot
Legationes! Si omnes Reges præsentes Divitias
Gemmasque suas conjungerent, quam vilis esset
69. potentia, huic comparata! Ita exclamabam, cum
Rex Salomon blande annuens, acclamabat: Hoc
erat meum DECIES Tibi nuper insusurratum,
quoniam hæc, ut vides, magnificentiam meam
DECIES, DECIES-DECIES, DECIES-DECIES-
70. DECIES excedunt. Tempus enim liberationis
Creaturæ à Vanitate hâc accurrit. Hisce trans-
fixus Spiritus meus rediit, tot mirabilibus vere
transfixus, nec proponere displicuit nostratibus
Sciolis, quia majora secreta realia sub istis involvi,
quam omnes simul evolvent. Valete.

In Psalterio Refrigerii, Vers. 14316.

Suppressa Civium-Societas quadrina Cosmopolis!
Vos ejecti de nova Fridericopoli!
Hora adest tandem ad ædificandam Kuhlmannopolin.

Arcanum Polatricum.

1. POteſtas omnis à Deo eſt: Venatio omnis propter animalem Hominum Naturam permiſſa, ne ſemetipſos perderent.
2. Reges Principeſque Terrarum ſunt Organa Altiſſimi: eorum corda in ipſius manu, vel ad Amorem, vel ad Iram erga hos iſtoſque
3. exercendum. Omnia Imperia terminis ſuis circumſcripta ſunt, ſuper quos aſcendere deſcendereque impoſſibile, Experientiâ mil-
4. leteſte. Omnium Imperiorum Circulus punctum ſuum inuenit, in quo incepit: vel nova ipſius Circulatio vel Conſummatio.
5. Juſtus Creator non pepercit Electorum Filiorum ſuorum, quibus infinita extraordinaria Gratiæ ſuæ ſigna exhibuit; quomodo igitur parceret vel Amicorum vel Servorum, Gratiâ ſuâ per tot Secula abutentium?
6. Mores Politici omnium Gentium dicteriis & ſarcaſmis indies depinguntur: & ſola Potentia vitrea ad majorem lapſum Mag-
7. nates vel alit vel reſervat. Caſus Conſcientiæ Principum teguntur, Subditorum reteguntur: Columbæ imbelles puniuntur,

Aquilæ

Aquilæ ferociſſimæ timentur. Quis ergo uterque finis? Impotentes liberabuntur, Po-
8. tentes potentèr punientur. Regum humanorum commune axioma eſt; parcere Subjectis & debellare ſuperbos: Regis Regum Judicium adeſt, ex ore ipſorum Juſtiſſi-
9. mum. Aulicorum tritiſſima gnome habetur; Regis ad Exemplum totus componitur Orbis: habeatur igitur etiam præſenti tempore, ut ad Regis Regum Voluntatem
10. totus Orbis reflectat. Jus Naturæ totius Univerſi poſtulat, ut Gladio pereat, qui Gladio Innocentes perdidit: Jus etiam iſtud ab ipſo Creatore recipiatur, ut eâdem menſurâ menſuras recipiant, quâ Filiis Jehovæ hactenus fuêre menſurati.

FINIS.

BRITISH LIBRARY